

homicidia, fornicationes, adulteria, aebrietates et multa alia his similia. Pompa vero diaboli est, quae et pompa mundi, id est ambitio, arrogantia, vana gloria et alia, quae ex his oriuntur.

Cap. X. Ut nullus presbiterorum infra parrochiam nostram nisi in ecclesia missas celebrare presumat. Conperimus *contra*⁷⁾ canonicam institutionem et *ecclesiasticam auctoritatem, quod*⁸⁾ plerique presbiteri neglectis basilicis dedicatis^a in domibus et hortis missarum celebrationes contra divinam auctoritatem et canonicam institutionem facere presumunt, quod abhinc ne fiat penitus, interdicimus.

Cap. XI. *Ut*⁹⁾ *illicitus feminarum accessus ad altare non fiat.* Conpertum etiam habemus, in quibusdam nostrorum ecclesiis contra auctoritatem totius christianae religionis *feminas*¹⁰⁾ *sanctis altaribus se ultro ingerere sacraque*^{b)} *vasa impudenter contingere et indumenta sacerdotalia presbiteris administrare et, quod his maius indecentius*^{c)} *est, corpus et sanguinem domini contrectare, quod valde mirandum est, ut hoc, quod*¹¹⁾ *viris secularibus facere non permittitur, feminis contra*¹²⁾ *fas agere conceditur.* Quod ne ulterius ullus sacerdotum nostrorum in suis ecclesiis facere permittat, inhibemus.

XII. *De feminis, quod sine consensu ... diligenter ammoneantur* (= Paris 829 c. 42, MGH Conc. 2,2 S. 638,7–18 mit folgenden Abweichungen: S. 638,7 quae] quod. Z. 9 maxime hae, quae] maximeque. Z. 9 sensu] censu. Z. 10 velamine. Z. 11 incauta] ex causa. Z. 16 instruentur. Z. 16 si] sibi. Z. 17 velanda. Z. 17 qualiterque] qualiter quo. Z. 17/18 conservant.).

XIII. *Ut presbiteri in ecclesiis constituti non passim per diversa vagentur* (= Paris 829 c. 29, MGH Conc. 2,2 S. 631,22f.) aut ab his, qui eis praesunt, sine licentiam proprii episcopi foras propriam parrochiam mittantur. *Inter cetera ... moriantur* (= ebd. S. 631, 24–31 mit folgenden Abweichungen: S. 631, 24 adverse. Z. 26 et fehlt. Z. 26 ecclesiae suis] ecclesias suas. Z. 28 obponit] apponit. Z. 29 quam] quem. Z. 29 nach praecipiant: necnon et ipsi propriis delectationibus et vanitatibus

^{a)} deo dicatis Paris 829
Paris 829

^{b)} sacrataque Paris 829

^{c)} danach ineptiusque

⁷⁾ Paris 829 c. 47 (MGH Conc. 2, 2 S. 641, 11f.).

⁸⁾ Ebd. (S. 641, 13–15).

⁹⁾ Paris 829 c. 45, Rubrik (S. 639, 18).

¹⁰⁾ Ebd. (S. 639, 21–23).

¹¹⁾ Ebd. (S. 639, 25).

¹²⁾ Ebd. (S. 639, 26).

¹³⁾ Vgl. Relatio episc. 829 c. 13 (MGH Capit. 2 S. 33, 33f.).